



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Svmma Practica Theologiae Mysticae**

**Gelen, Victor**

**Coloniae Agrippinae, 1652**

Articulus Quartus. Diuinorum quantumcunq[ue] praestantem animum, à supremis per medias ad infimas fruitionis regiones paulatim descendere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9766**

dum supremam, aut mediam spiritus regionem aut habitationem; unde etiam consequenter dicimus,

*Diuinorum quantumcumq; præstantem animum, a supremis per medias ad infimas fruitionis regiones paulatim descendere.*

#### ARTICVLVS QVARTVS.

**P**Ræter ea quæ supra dicta a sunt, aliud ad præsens non facit, nisi ut mysticus absque timore alicuius imperfectionis, securè, & quietè fieri sinat, quod summa illa, & ineffabilis, spiritus proprii in spiritum diuinum transformatio, modi descendens, quandoque deficiat: & ordinatè per medias ad infimas regiones descendat; nec ex eo dubitandi ansam accipiat, quod status hic in suo fortè summo ad duos, vel etiam plures annos perseverauerit, & totidem in medio, ac tandem magis ac magis ad infima descendat. huius enim vicissitudinis *b* ordo spirituales perfe-

ctum quam maximè facit, & in reali praxi, ac omnimoda Dei sequela ad oculum patet illis mysticis, qui spiritum Domini supra omnia habere conati fuerint.

Interea verò tam felix, atque amicissima diuini consortij familiaritas, cum ex dono habitus supernaturalis procedat, ita ut ea mysticus ad libitum, (licet non semper æquè intensè, & à materialibus abstractè) uti, & frui possit, & continuò in quadam Dei obumbratione versetur; nullatenus permittit ut diuinorum patiens, ad propriam sui ipsius sollicitatem, seu molestam, & quasi dilacerantem amoris carentiam decidat; nisi fortè peraccidens, & rarò admodum. vnde hoc loco pro maiori notitia tantum insinuari debuit, illam, in statu præsentis rarò contingere. Hisce porò de statu Transformationis modi descendens breuiter dictis, ad statum

Transformationis modi ascendens, procedendum erit.

*a* *Dis* art. 3. *b* *Sup. dec. 1. art. 8. 9. & 10.*

#### SEXTVS